



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

20 Executor nunquam in beneficialibus intelligitur esse mere deputatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

niam expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur. *l. conditiones. ff. de condit. & demonstrat.* sed cùm in litteris nihil superflui ponatur, d. clausula tollit jus ad rem, licet præservert jus in re. *Roman. cons. 256. vers. 3. quia dicto.* Calder *cons. 8. in fin. de rescript.* Felyn. *in cap. causam que. num. 26. eod. tit. & Kebuff. de for. & declar. nov. pro-visi. super clausula, dummodo tempore datae,* *&c. nu. 2. par. 1.*

- 18 An autem vigore litterarum † Apostolicarum, in quibus dicta clausula reperitur apposita, debeat pars citari, cum executor Apostolicus possit procedere, parte vocata, & non vocata, ut per Rotam *decis. 6. num. 3. de rescr. in antiqui:* Respondeatur negative, late Felyn. *in cap. fin. numer. 22. de presump:* si tamen compareat contradicitor, qui velit auditi, & de jure quesito, vel competenti docere contra provisionem Apostolicam de subreptione, aut alias obiciendo, debet vocari, & executor officium judicis sibi assumere, judicialiter, <sup>21</sup> juris ordine servato procedendo. Innoc. *in cap. proposuit. num. 5. vers. & nota, & ibi Host. de concess. prab.* Abb. *in de cap. fin. nu. 13. circ. fin. vers. sed. si con. par. & ibi Fe-lyna. nu. 27. de presump:* quod maxime procedit, si contradictor sit in possessione, † 19 qui non est de intentione Papæ, ut quis removeatur à possessione sine causæ cogitatione. Innoc. *in cap. 1. numer. 4. de concess. prab. in 6. & Felyn. in d. cap. fin. numer. 24. de presump:* quod tamen intel-
- <sup>22</sup> Infertur propterea ex his, † quod nunquam intelligitur commissa mera execu-tio in beneficialibus, quia posset fieri alteri prejudicium. Abb. *in d. cap. fin. paul. ante nu. 13; & ibi Felyn. post Ant. Abb. & Imol. quo citat: de presump:* quod tamen intel-
- <sup>23</sup> lige, nisi constaret de contraria mente Pontificis providentis, seu providere mandantis, alicui ex certa scientia, removendo aperte omnes exceptiones. Abb. *in d. cap. fin. num. 13. vers. tertius casu.* Et ideo videmus, quod Papa pro executione litterarum Apostolicarum provisionum beneficiorum vacantium per obitum in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, quandoque concedit litteras in forma Brevis de tradenda possessione, amoto quocunque detentore, non tamen Apostolica auctoritate proviso, omni, & quacunque appellatione remota, amotaque actione spolijs ac unde vi, decreto irritanti, & clausula sublata, &c. defupet adjectis, & tunc cum constet de evidente mente Pontificis, de cuius auctoritate, & plena in beneficialibus potestate non est dubitandum. *cap. 2. de prab. in 6.* cum alijs supra deductis execu-tio impediti, aut retardari non potest, nisi in duobus casibus, quando reus probaret, se Apostolica † auctoritate provi-sum, quæ exceptio oritur ex ventre litterarum, & impedit executionem. Gomes. *in compend. utius Sign. num. 84. ver. & est ad-vertendum. & Gig. de pens. quæst. § 5. nu. 10.* aut actorem majori excommunicatione excommunicatum, vel irregularem, quæ exceptio in continenti probari debet, *cap. unic. de except. in 6.* † & cum quo nunquam praesumitur dispensatum, nisi dispen-satio proberet *cap. ordinarij. §. in conferen-dis. de off. ord. in 6.*

Nam excommunicati sunt inhabiles † ad beneficia obtinenda. *cap. postulatio, in princ. de cler. excomm. ministr. Abb. in c. fin. nu. 3. eod. tit. & Paris. cons. 29. nu. 4. vol. 4. † & etiam irregulares, idem Abbas. in c. cum nostris. nu. 22. cir. fin. de concess. prab. qui non admit-*